8

quia resurrexit a mortuis ut leo. & con
fregit claustra inferni Booz genuit o
bed exprimit. et hic ruth commemorat alie Ruth.
nigenam. Quia & ipsa licet alienigena
fuerit. tamen bonam fidem habuit
Reliquit enim deos suos. et quæsiuit
dm̄ hebreorū & seruiuit. & propter amo
rem uiri sui. dereliquit parentes su
os. & adhesit parentib; uiri sui. et nequa
quam adpeiores. aut uagabunda. sed
admeliores. et legitime se coniunxit
non luxuriando; Unde et mulier
uirtutis appellata fuit; Interpre
tatur quoque festinans. ut nomine
suo signet ecclesiam; Et booz xpm
pretendit. qui acceptuus erat spon
sam ex gentib; Obed autem genuit obed
iesse; Obed seruiens dicitur. in quo
ille significatur qui dixit. filius homi
nis non uenit ministrari. sed ministra
re. Jesse binomius fuit. quia & Isai uo Jesse
catus est. Jesse apperiens sonat. illum
nihil hominis adnuncians in nomine
suo. de quo scriptum est. Aperuit eis
sensum. ut intellegerent scripturas.
Isai etiam sacrificium dicit. siue incensum.
patenter ostendens illum esse uentu
rum. qui se ipsum sacrificium faceret
pmultis. in odorem suauitatis; Dauid
autem rex. genuit salemonem ex ea Salom. ex ea quæ fuit uriæ.
quæ fuit uriæ. et hic peccatrix mulier
memoratur. ut ostendat illum ppecca
torib. de hominib. natum Et urias de
alienigenis erat. non erat de iudeis.
Qui quamuis bonus esset. expressit
typum diaboli. cuius conuugio
erat prius copulata ecclesia.
quam xps concupiuit cū uidit illā
lauantē. hoc est semet ipsam a sor
dibus seculi per lauacri undā puri
ficantē; De istis qui modo in medio
inter ponuntur non est necesse
aliud dicere. quia nota est historia
in regum qui fuerint uel quid fe
cerint. nisi tantum modo inter
pretationes nominum ponere;
Dauid interpretat manu fortis. quia
iecit manu lapidem de funda un
de occidit goliath. et significat
in hoc facto dnm̄ xpm̄. qui uicit
diabolum psuam pacientia. et hic
passus est per secutiones saulis.
sic xps iudeorum; Et sicut dauid
derelictus fuit a suo consiliario

Österreichische Nationalbibliothek
Digitale Services
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod724/0019